

et illud ne offeramus nos periculis sine  
causa quo nihil pot est esse dulcius: Quia pro  
in adeundis periculis consuetudo imitan-  
da medicorum est: qui leviter egrotantes:  
leviter curant: grauioribus autem morbis  
periculosas curationes: et ancipites adhi-  
bere coguntur: Quare in tranquillo tempe-  
statem aduersam optare dementis est: Sub-  
uenire autem tempestati quavis ratione sapientis.

**N**ihil enim laudabilius: nihil magno: et pre-  
claro viro dignius placabilitate atque cle-  
mentia.

**C**onmis autem & adiuvatio: et castigatio con-  
tumelia viacare debet: prohibenda autem max-  
est ira in pumiendo.

**O**ptandumque ut huius qui prae-<sup>ce</sup>sunt rei. prius. legum simi-  
les sint: que ad pumiendum non iracundia  
sed equitate ducuntur.

**A** totus etiam in rebus prosperis: & aduoluptate nostra  
fluentibus superbiam magnopere fastidium  
arrogantiumque fugiamus

**N**am ut aduersas res: sic secundas in moderate  
ferre levitatis est: praelataque est equabilitas  
in omni uita: et idem semper uultus eademque